



non sit præfumpcio, quæ contrarium habere potest veritatem, sed sit veritas; ut dos seu matrimonium sit causa acquisitionis.

Tutior autem favore dotis videtur prima ratio, ut potest concludens etiam adversus privilegiatos, contra quos alias dictum dotale privilegium in bonis postea quæ sitis non intraret, cum ita potioritas, attentata prima ratione, non intraret privilegiate, sed ex ratione generali, cuiuslibet non privilegiato congrua, quod scilicet bona non eadum sub hypothecis anterioribus, nisi ita sua affecta, & qualificata, & cum iure, quod posterior creditor meretur magis à tertio, qui bona dedit, quam a communi debitor.

In idem quoque conferre observabam, ea, quæ habentur infinuata eodem disc. 166. sub tit. de dote, circa potioritatem competentem creditoribus negotii socialis in bonis occasione societatis questis, quasi quod eadem quoque intreret ratio.

Non tamen hoc in ista facti specie adstricti suffragari poterant; quamvis motivum excitatum fuisset, cum procedant in donatione contemplatione matrimonii, quæ per patrem, vel alium fiat sponso, bona de novo ita acquirenti, isto intuitu, seu occasione, qualis non erat controversiæ casus, dum ista bona etiam ante matrimonium erant ipsiusmet viri, unde propterea hæc dici non poterat illa donatio contemplatione matrimonii, in qua tanquam in parte contractus matrimonialis, uxor, & filii interesse habeant secundarium ob maiorem ipsius viri ditionem, atque ut in meliori statu ita constituatur, quo casu verè, ac proprie dictæ considerationes intrant, in presenti non cadentes, dici etenim non potest mulierem fiduciam habuisse in donatoris manibus, quam viri idoneitate, ideoque pro ejus securitate sollicitam fuisset de huiusmodi donatione, sine qua matrimonium non contraxisset, neque dotem viro fidisset, dum ita constat eam sollicitam solum fuisse de provisione filiorum, & descendendum; Porrius quia nullam habebat causam inquirendi de securitate, dum sibi desuper consuluerat pacificando, ut dos præstantia investiri deberet in bona stabilia, quæ tanquam species fundi dotalis primario sibi affecta esse deberent, ideoque credendum refulabat potius ex sequuta negligentia huius conventi investimenti.

ANNOT. AD DISC. VI.

DE potioritate mulieris in bonis donatis contemplatione matrimonii videantur deducta sub tit. de dote disc. 166. n. 38. ubi in specie tangitur articulus; Et conferunt deducta eod. tit. in hoc disc. 185. Ad punctum verò de quo n. 3. An promissio de donando importet donationem, videnda sunt, quæ habentur infra hoc eod. tit. disc. 48. n. 12. Et generaliter sub tit. de feud. disc. 66. de Regal. disc. 41. de Servit. disc. 70. de Censib. disc. 40. de Empt. & Vendit. disc. 48.

ROMANA DONATIONIS DE VOLPINIS PRO SOLINDIO TIBALDUCCIO CUM FLAVIA FILIA, ejusque viro.

Causa decisiva per Rotam pro Flavio.

An illa retrodonatio, quam sponsum prohibitus est facere donanti de bonis donatis contemplatione matrimonii ob secundarium interesse uxoris, ac filiorum, procedat etiam in ea donatione, quæ occasione matrimonii fiat mulieri de bonis, in dotem tamen non datis, adeoque vigeat interesse secundarium viri.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi seris.
2 Resolutiones causæ.
3 De invalida retrodonatione donationis contemplatione matrimonii.
4 Mater dicitur interessata in pinguiori statu filiorum ob spem successione, quod idem sit in patre.
5 Maius est interesse patris, quam matris ob usufructum, & num. 6.
7 Resolutio placet, & de ratione.
8 Quod in viro non intrat ea ratio, quæ militat in muliere in huiusmodi donationibus.
9 Non attenditur ratio contemplationis matrimonii adjecta ex intervallo.
10 Capitula potius attendi debent, quam instrumentum.
11 Tunc donatio dicitur causativa, & privilegiata ubi sit

contemplatione matrimonii contrahendi, secus autem eo contracto.

DISC. VII.

FRANCISCÆ nupte Solindio, cum dote jam conventa, in eisdem tabulis dotalibus, mater, ac frater, quædam bona, reservato usufructu, donarunt, atque in instrumento deinde ex intervallo confecto, dictum fuit donationem fieri illius matrimonii contemplatione, ac ut decentius nubere, & se, suamque familiam sustentare posset; Cum autem Franciscæ absente viro donationi prædictæ retrocedisset, atque donatores eadem bona donasset Flavie ex dicto matrimonio susceptæ, hinc contra istam, ac Josephum virum, Solindius pater, mortua Franciscæ, iudicium instituit super dictæ retrodonationis invaliditate ob interesse usufructus legalis in bonis maternis sibi competentis, quatenus, nulla existente dicta retrodonatione, bona donata in hæreditate Franciscæ donatarie remansissent; Et introducta causa in Rotam coram, sub die 13. Junii 1661. pro auctore prodiit resolutio, super qua unica disputatione iudicium maturum non efformavit.

In hac autem disputatione, Ego & cæteri, scribentes pro actore, & ultra aliqua motiva in solo facti contententia super dolo, falsisque suggestionibus, ex quibus prætendebatur dictam Franciscam inductam fuisse ad retrodonandum; Ac alterum motivum nullitatis resultantis à Statuto 151. ex defectu causæ, utilis, vel non damnosæ; Nimirum institutus in conclusione pluries in præcedentibus infinuata super huiusmodi retrodonationem invaliditate, ob interesse usufructuarium alterius conjugis, ac filiorum, quamvis isti directè vocati non essent, juxta dec. 205. Franci, & dec. 515. Merlini, cum aliis relatis dec. 219. par. 11. res. & supra disc. 4. & in aliis in causæ decisione.

Atque cum longo apparatu generalium propositionum, ac ratiociniorum probare conabamur, quod cum vir, & uxor sint correlativi, hinc præter eadem ratio, cui innixa est dicta conclusio percipientis terminos donationis factæ sponso, in qua sponfa & filii proceadant, secundarium interesse habeant, procedere quoque debet in casu converso donationis factæ sponse, deducendo præsertim firmata per Rotam in ultimis decisionibus editis in Urbinate coram Vespasio & Vicecomite de quibus d. disc. 2. ut scilicet ad hunc effectum sufficiens interesse reperitur illud conjugis superstitis; etiam post matrimonium, super pinguiori successione sperata in bonis filiorum donatoris in bonis donantis succedendum, cum eadem in omnibus ratio militet.

Quinimò dicebam, clarius, ac majus esse interesse viri: Mater frigidem, juxta casum, de quo d. disc. 2. aliud non habet interesse nisi merè incertum, ac eventuale successione filiorum præmiorum, quod, spectato ordine naturæ, non est adeo frequenter contingibile, neque sperari solet iudicium, juxta dicti Gregorii sententiam, parentum commune votum sit, filiis præmori, eosque superstitibus relinquere.

Econverso autem interesse patris in bonis maternis niorum, non solum est idem speratæ successione, quod in matre consideratur, sed alterum magis certum, ac frequens de presenti usufructus scilicet in bonis maternis ei competentis ad text. in l. 1. & 2. & 8. tit. ff. de bonis maternis, & alio tit. C. de bonis que liberis, quod interest talis est, ut filius, cui hereditas deleretur, neque possit eam non agnoscere, seu repudiare in præiudicium patris, ex iis, quæ ex dictis iuribus plenè ceteris relatis habentur deducta per pinellam in Comment. ad d. l. 1. & 2. Cod. de bon. matern. Cailli. de usufructu c. 3. & sub tit. de servit. ad materiam usufructus.

Econverso aliqua cadere posse videbatur dubitandi ratio, Tum quia, ubi retrodonatio non provenit ex præcedenti collusiva conventionione, adeoque speciem doli & circumventionis redoleat, sed aliud habet probabile motivum, etiam solius affectionis, vel gratitudinis, verius videtur dictam nullitatem non intrare, dictumque speratum eventuale successione interesse non esse in proposito considerabile, ut advertitur sup. d. disc. 2.

Tum etiam quia, non videtur intrare eadem ratio, quæ est potissimum dictæ conclusionis fundamentum in casu converso donationis, quæ contemplatione matrimonii per patrem, vel alium fiat sponso, ut ita scilicet iste magis idoneus reddatur ad congruam sustentationem onerum matrimonialium quodque propterea talis donatio dicatur correptiva, & pars contractus matrimonialis, qui aliàs inicus non esset, ut pluries in præcedentibus; Ista liquidem ratio congruere non videtur huic converso casui, cum sponfa nullum supportatura sit matrimonii onus, à viro supportandum; Nisi

Nisi dicatur quod vir isto intuitu sollicitus fuerit de donatione, sine qua matrimonium aliàs non contraxisset, ut in casu converso consideratur; Licet enim dici possit quod si id habuisset in animo, curasset huiusmodi bona constituere in dotem, non autem remanere in terminis extradotalium, in quibus ipse nullum jus, vel interesse fundatum habet, cum possit mulier per se ipsam illa administrare, omnique modo, & emolumento virum private, ex iis, quæ ad materiam bonorum extradotalium habentur sub tit. de dote disc. 168. at tamen non per hoc tollitur ratio.

Motivabatur, quod dicta ratio donationi adjecta, ut scilicet decentius mulier se ipsam, ac filios sustentare posset in eo matrimonio, cuius intuitu ipsa donatio fieret non continebatur in prima conventionione capitulorum matrimonialium, sed in subsequenti instrumento, quod post consummatum matrimonium ex intervallo super capitulis matrimonialibus ad maiorem firmitatem juxta stylium intum fuit, unde propterea duo intrare videbantur, ex quibus huiusmodi assignatæ rationes, hinc causæ deferendum non esset, Primò scilicet ob factis frequenter infinuatum conclusionem, de qua præsertim sub tit. de fidei. disc. 179. & sub tit. de emphit. disc. 15. ut capitulis non autem instrumento deferendum sit, cum illa continent verba Partium, ac substantiam earum voluntatis, instrumentum autem verba Notarii; Et secundò ob alteram conclusionem, quæ infra in Fulgenti. disc. 26. & in aliis, quod scilicet tunc huiusmodi donationes contemplatione matrimonii dicuntur causativæ, & correspondivè ipsius contractus matrimonialis, quando fiunt, vel de illis convenitur in ipso actu contrahendi, adeoque dici valeat quod aliàs matrimonium sequitur non esset, secus autem ubi ex intervallo, & post matrimonium jam sequitur; Casus tamen fuit novus, super quo scribentes hinc inde invenire non poterunt doctrinam istum in specie percutientes cum omnes percutiant casum conversum, ideoque referro maturius cogitandum.

ANNOT. AD DISC. VII.

DE prohibita retrodonatione bonorum, quæ donata fuerint contemplatione matrimonii habetur quoque in hoc tit. disc. 72. in qua n. 6. infinuatur quando vir dicatur magis interessatus in donatione facta mulieri.

PARMEN. DONATIONIS PRO COMITE OCTAVIO TARASCONO CUM NEPOTIBUS EX FRATRE.

Causa per sententiam arbitrialem decisiva pro nepotibus.

An donatio facta contemplatione certi, ac determinati matrimonii, sub conventionione, ut effectum sortitura sit post mortem donatoris, caducetur, vel resolvatur, solum matrimonio per mortem sponfi donatarii, ipso donatore superstite: Et quando huiusmodi promissiones post mortem percipientis substantiam tanquam per speciem futuræ successione, vel potius solum effectum; seu executionem, ubi præsertim conceptæ sunt per viam promissionis de relinquendo.

SUMMARIUM.

- 1 Falsi seris.
2 De alia controversia feudali remissivè.
3 Distinguantur puncti seu inspectiones.
4 Quod in proposito non referret, an filii essent vocati ad donationem, & quando essent n. 10.
5 Filius familias hodie habet heredem.
6 De materia patris de futura successione.
7 De distinctione, an donatio collata ad tempus mortis donatoris percipiat substantiam, vel executionem ad effectum caducationis.
8 An promissio de relinquendo post mortem caducetur præmoriante eo, cui esset relinquendum remissivè.
9 De eodem.
10 Ad quid referat inspicere de puncto, de quo n. 4.
11 Spes competens ex contractu transmittitur, & non intrat caducatio.
12 Quando etiam isto casu intrat caducatio, & cesset transmissio.
13 De opinione, ut donatio contemplatione matrimonii

resolvatur, solum matrimonio, donatore superstite, & num. 27.

- 14 Rejicitur hæc opinio, & contraria verior.
15 Juramentum validat donationem inter patrem, & filium.
16 Quod ista sit questio voluntatis, & opinio, de qua n. 14. procedat in dubio.
17 De solutione renunciationis ob cessatum præsuppositum remissivè.
18 An procedat argumentum dotis, quæ revertitur ad patrem.
19 Probatio voluntatis super resolutione fieri etiam potest administrativè.
20 Quomodo hæc voluntas probetur.
21 Non est immorandum in cortice verborum, sed attendi debet substantia voluntatis.
22 Desumitur argumentum, quod non fiat mentio de donatione.
23 De argumento discretivo.
24 De altero, quod non vocetur filii.
25 De altero, quod non fiat mentio heredum.
26 De alio argumento consuleret supervenire.
27 Quod ubi non supersunt filii, verior sit opinio, de qua num. 13.
28 Secus ubi supersunt, & de ratione.
29 An cum hac donatione debeatur etiam filii ex filio donatorio legitima in bonis Adi donatoris remissivè.

DISC. VIII.

INTUITU matrimonii conclusi inter Alexandrum Comitissæ Camilli Tarasconi filium primogenitum, & Cecliam, idem Camillus in capitulis matrimonialibus desuper habitis, ac etiam in instrumento postmodum celebrato promissit, quod tempore ejus mortis reliquere dicto Alexandro tot bona, quæ importent annum redditum futorum bis mille, adhibendo verbum relinquere in instrumento, quod lingua latina conceptum erat, & verbum lasciare in capitulis Italico materno idiomate ordinatis; Cum autem casus dedisset dicti Alexandri præmoriemiam Camillo patri, pluribus ex dicto matrimonio superstitebus filiiis, diuque Camillus donationem præfatam revocasset, fuit resolutum esse declarasset, nec non de feudo, aliisque bonis dispositivè ad favorem Comitissæ Octavii filii tertio geniti, relinquendo præfatam nepotibus ex primogenito legitimum de jure debitam, aliaque ordinando dispositiones ad rem non facientes, Hinc sequuta præfati Camilli morte, inter prædictos partu, & nepotes, plures exorte fuerunt controversiæ compromissæ in ipsomet Parmæ Duces communem Dominum, ex cuius arbitrariæ sententia prolata cum voto Consilii Placentini, feudum adjudicatum fuit Comiti Octavio tertio genito, hereditas verò Camilli condemnata fuit ad observantiam dictæ donationis, præstantiamque tot bona, quæ importarent redditum futorum bis mille, ac uterque legitimam ipsius nepotibus in hæreditate avi, de jure; ac etiam ex ejus iudicio debitam; Super his autem controversiis partibus, feudi & donationis, Ego scripsi pro Comite Octavio, non autem super illo legitime; an scilicet dicta donatio in eam imputanda esset, vel potius utrumque deberetur.

De puncto, seu controversia feudi, & an præfatus Camillus pervertere potuisset ordinem primogenituræ, cum quo feudum questum erat, habetur actum in sua materia sub tit. de feud. disc. 12. Quatenus verò pertinet ad istum punctum donationis, an scilicet ob prædecessum sponfi donatarii superstitis donatore, dicta donatio caduca, seu resoluta esset. Scribentes in partibus pro dictis filiiis sponfi donatarii, volumina penè desuper cum magno labore conficiendo, plures assumpserunt articulos disputandos; Primò scilicet, an filii ex matrimonio superstites, ad hanc donationem vocati essent ex persona propria; Secundò, an dicta conventio, seu promissio de relinquendo contineret contrafactum perfectè ab initio obligatorium, vel potius speciem donationis causa mortis cuius in substantia in tæpus mortis collata esset, unde propterea per prædecessum donatarii caducatio intraret; Et tertio, an dici possit pactum de futura successione, quod vel invalidum, vel saltem revocabile esset, dum donator jam revocaverat; Et super quibus omnibus et conversò plures clari nominis Jurisconsulti pro hac parte scribentes, eisdem reasumendo disputationes, magno ediderunt labores.

Scribens ego pro Comite Octavio donationis in validitatem, vel resolutionem subtilitatem, dicebam profus inanam videri adeo magnum laborem assumpserunt per scribentes hinc inde super dicto primo articulo vocationis filiorum ad hæc

hanc donationem; Id enim nil refert videbatur, Aut enim dicens erant eam continere speciem ultimæ voluntatis, seu donationem causa mortis, adeo actus esset imperfectus, atque caducationi, vel revocationi subiectus, & tunc destructa substantia actus jam revocati, nil referbat, an adesset secunda vocatio, si cornebat etiam prima; Et e converso, si continebat donationem inter vivos ab initio perfectam, & obligatoriam, dilato solum effectu, sive executo post mortem, nil pariter intererat, dictam filiorum vocacionem adesse necne, quoniam si filii in bonis donatis non succedebant uti filii, succedebant tamen tanquam heredes patris, cum hodie atrento iure novissimo Codicis, & Authenticorum, extra controversiam sit in bonis valide ac perfecte per patrem filio donatis, utpote non remanentibus in terminis peculii profecti, sed assementibus naturam peculii adventitii patrem non occupare bona iure peculii, ut prius atrento iure Digestorum sequebatur, sed filium habere heredem, iuxta ordinem succedendi a iure prescriptum, adeo ut etiam si ipse pater succederet, hereditariam qualitatem filii habere deberet, ac matrem, & fratres ad æqualem successione admittit, ut habetur in sua materia sub tit. de successione, ac etiam sub tit. de dote disc. 32. & seq.

Prout extra causæ punctum videbatur altera questio, an ista promissio contineret pactum de futura hereditate, vel successione, quoniam cum non esset, nec de tota hereditate nec de quota, (quo casu intrat questio nullitatis, vel revocabilitatis, de qua apud Bellon. jun. conf. 22. plenè apud Censal. in l. unica C. si quis Imperatori mandaverit §. 22. n. 83. cum seq. & Rota apud Royas dec. 282. 317. & 5. & in aliis, de quibus in sua materia sub tit. de renuntiacione.) Sed ageretur de certis bonis, neque quotam constituebant, idcirco extra controversiam videtur, ut promissio potissimè juramento condita sit valida, & irrevocabilis neque in ea intrent ea quæ ad materiam text. in l. pactum quod dotali C. de pactis cum concord. habentur in dicta sua materia sub tit. de renuntiacione.

Quare his, ac similibus, utpote superfluis, ac evagatoriis neglectis, immorando stricte (iuxta laudabilem Curie dyallum) super controversiæ puncto præcio, Advertebam duobus desuper cadere inspectiones inter se diversas, ex quibus unus, vel alterius determinatio huic parti sufficiebat. Primo scilicet, an hæc promissio de relinquendo post mortem obtinere speciem donationis causa mortis, cuius substantia in ipsius mortis tempus collata esset; Hoc enim positò, extra controversiam remanet, revocabilitas, vel caducationi per donatarii prædecesum locum fieri, secus autem ubi tempus mortis non percuteret substantiam, sed solum effectum, sed executionem ipsa substantia per viam perfectæ, & irrevocabilis donationis inter vivos ab ipso instanti jam firmata, iuxta communem, ac receptam distinctionem, de qua ceteris relatis plenè apud Merlin. dec. 664. recept. dec. 9. par. 7. v. c. apud Royas dec. 314. Fontan. de pact. claus. 4. §. 3. Buratt. & Adde. dec. 581. Galeot. lib. 2. contro. 21. & passim.

Et secundo, quatenus ista conventio importaret donationem contemplatione matrimonii ab initio validam, perfectam, & irrevocabilem, an tanquam causativa, & facta ex præcia, & finali causa matrimonii, isto ante effectuationem dissolutò, tanquam ex cessante causa, resoluta fuisset, necne, vel potius donatarius ad ejus hæredes eam transmittere potuisset.

Quatenus pertinet ad primum, deducebam eadem fundamenta, quæ in terminis consimilis promissionis de relinquendo post mortem facta ex eadem occasione certi matrimonii habentur deducta disc. seq. ac etiam in eodem casu sub tit. de feud. ad materiam Bullæ Baronum disc. 85. allegando decisiones Rotæ in eo casu jam editas, ac auctoritates, & rationes ibi contentas, quas in præsentii superfluum est repetere, utpote ibi de facili videndas.

Ac etiam deducebam ea quæ deducta habentur in Rom. leri dotali sub tit. de dote disc. 129. in proposito consimilis conventionis super assecuratione futuri legati, sed futuræ dispositionis, quod scilicet hujusmodi conventiones continent quidem assecurationem futuræ successions in aliqua bonorum parte, ne illa remaneat incerta, & eventualis, ab arbitrio, seu libera voluntate moriturus pendens, atque ad hunc effectum perfecta, & irrevocabilis probabilis dicenda est, ut latius in dicta sua materia sub tit. de renunc. cum terminis tamen habilitatis, ut scilicet superflua ille, cui relinquendus est, unde propterea verificari valeant extrema habilita, legantis, & legatarii, seu donantis, ac ejus cum quo disponendum est, ex ibi deductis & quæ deducebam etiam in responsis in ista causa editis, magis fuso calamo, ut extero stylo, (quamvis superfluo, parumque commendabili) satis feret.

Atque ad hunc effectum solum conferre obfer vabam, dictam questionem an filii ex matrimonio procreandi vocati essent, necne, quoniam si vocatio adesset, ita cornebat dictam potissimum motum deficientem extremi habilitatis, cum quo disponi debuisset, dum ipsi filii (posita vocacione) dicuntur æque præcipales donatarii, ideoque verificatur in eis extremam habilitatem; Quod tamen in sensu veritatis oblatum non poterat, dum filiorum nulla mentio in ista conventione habita fuit, nullaque aderat verba, vel adminicula, quibus cessantibus, hodie tanquam absoluta rectè constitui posse videretur regula, dictæ vocacionis exclusiva.

Verum reflectendo ad veritatem, iste primus punctus caducationis ob præmorientiam donatarii, ac impeditam transmissionem, solus, ac de per se mihi parum tutus videbatur ex conclusione, de qua plane omnibus ferè collectis habetur apud Capue. Latr. dec. 2. n. 9. cum seqq. cum aliis de quibus aliis infra, & sub tit. de fidei. ut caducatio procedat in legatis, aliisque dispositionibus pro ultimam voluntatem, in quibus attenditur sola voluntas donantis, non autem ejus, cum quo facta est dispositio; Secus autem in contractibus præsertim onerosis, seu correlative, ideoque caducatio intrat in donatione causa mortis, cum ista, licet in fieri figuram habeat contractus, attamen in facto esse importare dicitur ultimam voluntatem.

Et quamvis etiam in actibus inter vivos apud Altogr. jun. contro. 29. cæteris relatis plenè probetur, ut præmorientem donatario, sive illo, cum quo disponi profissum esse cessare debeat dispositio tanquam personalis; Attamen, vel id non subsistit, vel procedit cum declarationibus, de quibus infra in Pistorien. disc. 17. quæ est eadem causa, in qua dicta controversia prodiit; Et nihilominus ubi etiam id admittendum sit, verè non percutit terminos caducationis, sed potius illos resolutionis, seu cessationis esse cessantem causa, iuxta alteram supra distinctam inspectionem, de qua infra; Et consequenter quod superius ponderata fundamenta, sola, & de per se non sint apta ad caducationem, bene tamen in aliquo influere possint ad corroboracionem alterius motivi resolutionis.

Quatenus igitur ad dictam aliam inspectionem resolutionis pertinet; Scribens more Advocati, pro resolutione deducebam auctoritatem Bertrand. 1. 176. Mendez. in l. cum oportet C. de bonis que liberis part. 1. eff. 3. num. 58. & Rovit. conf. 15. & 16. lib. 1. quorum primum est etiam repetitum apud Theodor. allegat. 42. ubi ex auctoritate Oldradi apud 151. firmatur in specie, quod cum hujusmodi donationes contemplatione matrimonii, quæ fiunt per patrem filio, sint causativa, & potius necessitaria, quam voluntaria, hinc proinde est rigidi debent ad suam causam, quæ cessata, vel resoluta, vel remanens purgæ, ac simplices donationes sine causa, quæ inter patrem, & filium utpote importantes peculium merè profectitium, validatæ, seu perfectionem recipiunt à morte patris, ex cuius perverant voluntate, ac substantia, filius superflus potius obtinere dicitur.

Agnoscebam tamen parum tutum esse hoc fundamentum, cum ista opinio magis communi DD. calculo reprobetur; Et quidem rationabiliter, ex eadem ratione, quod causa certi, ac determinati matrimonii, removet juris civilis obstaculum, seu prohibitionem, atque reddit donationem validam, & perfectam ab initio, ob mixturam juris tertii, mulieris scilicet, ac dotalis, saltem pro iure, vel interesse secundario pluries insinuat; Ac etiam ob mixturam causæ onerosæ, quam ipsemet sponsus donatarius fovere dicitur, suscipiendo ita statum conjugalem, ac in se assumendo onera matrimonii, aliàs forte non facturus; Et consequenter, posita validitate, ac perfectione actus ab initio, nil refert, quod causa productiva hujus validitatis deinde cesset post jam perfectum, & consummatum effectum, cum post effectum consummatum dicta regula cap. cum cessante non intrat, istaque est una ex ejus factis notis limitationibus.

Multò verò magis, ubi, (ut in præsentii, ac frequenter) talis donatio juramento etiam munita sit, per quod, iuxta magis communem, ac in fore receptam opinionem, etiam pura & simplex donatio sine causa inter patrem, & filium ab initio valida, & perfecta est, ut in specie reprobando Mendez. & Rovit. ubi supra ex auctoritate Guidopap. conf. 12. & dec. 147. (qui apud modernos in ista conclusione antesignanus reputatur) plenè Merlin lib. 2. contro. 34. n. 29. cum seq. ad finem, & Theod. alleg. 43. scribens in contrarium in eodem præcio casu, in quo scriptis Rovit. d. conf. 15. atque juxta opinionem Theodori decem fuit, & sequenter Fontanell. dec. 54. Galeot. lib. 2. contro. 21. Capyc. Latr. conf. sub. 16. Norat.

Novar. apud Ricc. post collect. 2563. Catell. de donat. tom. 2. special. 24. n. 6. cum seq. Androel. contro. 232. & alii, unde propterea, tam attentis auctoritatibus, quam rationibus, hac posterior opinio tenenda videtur in puncto juris, ubi facti circumstantiæ contrarium non suadent.

Advertebam tamen, (etiam in sensu veritatis,) præmissa omnia procedere presumptivè, ac in dubio, quoties questio consistat in nudo puncto juris, sed juris presumptione, secus autem ubi contrariæ voluntatis probationes, vel adminicula concurrant, cum etiam in contractibus, quamvis correlative, intrat dicta conclusio verisimiliter deficientis voluntatis unius, vel utriusque, juxta ea quæ habentur infra in d. Pistorien. disc. 17. ac habemus ex recepta theoria Bartoli l. qui Romæ §. duo fratres n. 24. ff. de verb. oblig. cum concordantibus dec. 187. par. 3. rec. & pluries sub tit. de renuntiacione. super cessatione, vel revocatione renuntiacionis, cessata causa, seu sine renunciandi.

Et magis proximè habemus in dote, quam pater filiarum constituit ex eadem juris necessitate, vel causa, ob quam hujusmodi donationem filio facta, quod, solummodo matrimonio, actus resolvitur, atque dos, ubi non obest consuetudo, quæ vulgò dicitur Martini, ad patrem revertitur; ut pluries in sua materia sub tit. de dote, Et quamvis in specie Guidopap. ubi supra. ejusque sequaces hanc paritatem negent, rationis veridicatem assignantes; Attamen certum videtur hoc argumentum influere ad probandum dictum asumpsum, quod ista sit questio voluntatis, in dubio quidem decidenda pro non resolutione, vel pro transmissione juxta dictam magis communem opinionem, secus autem ubi accedant probationes, vel argumenta diversæ voluntatis, cui perpetuò lex cedit, ubi in volente non obest defectus potestatis; Quemadmodum enim donator de pacto resolutive, in casu soluti matrimonii, sibi expressè consuluisset, aut alias ejus voluntatem limitatam ad durationem causæ faciendi declarasset, impedandum non venire, illam attendi deberet; Ità nil dubitavit eandem voluntatem per adminicula, & conjecturas suffocantes contrariam præsumptionem juris probari posse, ac attendi debere.

Applicando igitur ad rem; Plura argumenta, sed adminicula considerabam, ex quibus de hujusmodi voluntate constare videbatur, illa non singulariter, sed unitim ponderando cum consuetæ regula, in adminiculativis, seu questionibus voluntatis perpetuò attendenda, ut singula, quæ non præsumunt, unita juvent, de qua præsertim satis sub tit. de fidei commissis, & alibi satis frequenter.

Atque in idem, pro norma, seu lumine, attendi quæ debent dicebam alteram regulam in omni materia frequenter insinuatam, ac vere principaliter à iudicantibus præ oculis habendam, in omnibus ambigæ voluntatis questionibus, tam inter vivos, quam pro ultimam voluntatem quod non cortex, & figura verborum, sed substantia verisimilis voluntatis attendi debet; Ut de actibus per ultimam voluntatem, ceteris relatis Mantie. de consuet. lib. 3. tit. 2. n. 9. cum aliis apud Orthob. dec. 254. in fin. & pluries sub tit. de fidei commissis. Et de actibus inter vivos idem Mantie. de fac. lib. 2. tit. 7. n. 1. & seq. Cyriac. contr. 478. n. 18. & seq. Rota apud Merlin. dec. 692. nu. 46. apud Buratt. dec. 113. nu. 7. & frequenter, ut præsertim sub tit. de credi. & sub altero de alien. & contradi. ac in omnibus aliis ferè materiis.

Plura igitur in hac facti specie ponderabam; Primo scilicet quod in hujusmodi conventionem nullam unquam contineat verbum, quod donationem ex tunc validam, ac perfectam importaret ut contineretur in casibus de quibus agit Guidopap. hujus conclusio antesignanus, ubi de donacione expressa; Idemque de omnibus casibus, de quibus agunt superius allegati, præsertim Galeot. lib. 2. contr. 21. Merlin. d. contro. 34. §. 2. Theodor. alleg. 43. & Rovit. scribens in oppositum in eo casu d. conf. 52. §. 2. cum in hac facti specie actum esset de relinquendo in morte; Unde propterea dictæ auctoritates non percutiunt, sed potius intrant ea quæ habentur disc. seq. ac disc. 85. sub tit. de feud. & disc. 129. sub tit. de dote; Si enim in partium intentione fuisset procedere per viam donationis ex tunc perfectæ, ac transmissibilis, facillimum erat id exprimere, ac verisimiliter fecissent.

Secundo etiam fortiter, ob claram didicetivam, per quam dicebam hujusmodi voluntatem remanere indubitam, quod scilicet in eadem scriptura videm Camillus pater donator Cecilie nudi scuta mille, atque non solum donationis titulum expressit, sed etiam adhibuit clausulas, & cautelas, quæ ex illius Civitatis moribus, ac Statutis in donationibus adhiberi solent, Nequon ad eandem post mortem mulieris

donatarie expressè vocavit filios ex eo matrimonio procreandos; Si enim in donatione adeo exigua summæ comparative ad istam, tor solemnitates, & cautele adhiberi solent, utique proflus improbabile est, quod in ista longè majoris importantiæ, negligi deberint, atque procedi per viam simplicis promissionis de relinquendo.

Tertio ob neglectam mentionem filiorum; Licet enim iuxta magis communem, ac tenendam opinionem disc. 1. & 2. insinuatam, vocatio filiorum in hujusmodi donationibus (quicquid aliqui minus verè teneant, non sit necessaria vel connaturalis, attamen ubi præsertim agitur de dispositionibus adeo magnæ importantiæ, consuetæ esse solet, ideoque omisso aliquod prebet dicte diversæ voluntatis argumentum.

Quarto neglecta mentio hæredum, ob quam Rovit. dicto conf. 15. in princ. probare conatur donationis resolutionem resutare; Quamvis enim istud asumptum periculosum sit, iureque merito reprobetur per alios supra allegatos, præsertim per Theodor. d. alleg. 43. & Merlin. d. contro. 34. quoniam in contractibus, data validitate, ac perfectione actus, stipulatio pro hæredibus subintelligitur, quamvis non exprimitur, Attamen quia de communi stylo, seu Notariorum formulario, hæredum mentio, ac stipulatio passim adicit solet, negari non potest, quin exinde, omitendo id, quod est consuetum ac verisimile, magnum resuleret alicujus diversæ voluntatis argumentum.

Et quinto demum, quod pro tempore superveniente ipsius Camilli promissoris, pater seu conjuncti ipse de nulla promissione, vel altera provisione solliciti fuerunt, signi clari, quod solum cogitarent ad firmandum sponsi statum post mortem patris, ut ita congruè provius remaneret, stante considerabili numero aliorum quatuor fratrum, ideoque; principaliter habita fuit in Partium intentione ipsius donatarii superviventi in statu matrimoniali, iuxta eamque in proposito supervivente effectivè pòderat in donatione pro augmento dotis, habentur in Romana augmenti sub tit. de dot. disc. 27.

Quando ex hoc matrimonio nulli fuisset superfluis filii, omneque cessaret uxoris interesse quædam filiarum, quia nempe dos integrè sibi restituta esse atque, non suppetret alterum interesse sperate successione filiorum (dicit illud alimentorum sine dubio cessat per matrimonii dissolutionem) adeo ut de hoc ageretur ad solum effectum transmissionis hujusmodi bonorum ad extraneos hæredes, vel creditores viri, qui patrem viventem, vel ejus filios spoliarè vellent; Tunc (in sensu etiam veritatis,) credebam ex dictis argumentis, ac nimium verisimiliter donatarii, seu promittentis voluntate, dictæ resolutioni omnino locum fore, cum principaliter correlative ponderetur in ordine ad interesse mulieris, ac filiorum potius, quam ipsius sponsi donatarii, ideoque, dicto interesse cessato, nimis alperum esset, fatique indiceret, ac irrationabilis legaleque rigor, ex verborum, seu clausulari formulis desumi solitus, ut pater qui nonnisi causativè permisit ad præcium effectum providendi filium, ejusque futuram sobolem, cum dicto præsupposito, quod frequentior, ac regulatus naturæ ordo inducit, ita vivens, per extraneos spoliatus remanere debeat bonis suis, sive spoliarè cogatur alios proprios filios, contra omnè penitus verisimilitudinem; Itoque casu omnino recipiendam esse dicebam opinionem Rovit. d. conf. 15. potissimè in isto casu, in quo non aderat explicitus perfectè, ac irrevocabilis donationis titulus, qualis in dicto casu concurreret, ac propterea de plano intrare deberent omnia, quæ tam pro resolutione, quam pro caducatione superfluis ponderata sunt.

Quia verò ex matrimonio superfluis fuerunt filii, quibus uxor, ac respectivè mater quoque assisteret, id mihi, ad veritatem reflectenti, magnam interebat difficultatem, unde propterea probabilis visa est resolutio, ex insinuatâ ratione, quod scilicet sponsa, ejusque parentes, vel conjuncti, de hujusmodi donationibus solliciti esse solent, ut ita providentur, nedum ipse sponsus, pro pinguiori supportatione onerum matrimonialium, sed etiam filii pro jure probabilitate sperate successions; Et consequenter, quamvis matrimonium dissolutum sit, adhuc tamen durabant reliquæ, seu durabat effectus in mente habitus, neque intrabat dicta ratio inconvenientis, que in casu transmissionis ad extraneos sine dubio intrare videretur; Istudque videtur probabile motivum, ob quod dicta resolutio, mihi quamvis in contrario scribenti placuit, non autem illud, cui, ut relatum fuit juxta frequentiore legaleque insinuatam, major pars Assessorum innixa fuit, clausula scilicet ex nunc pro tunc, præsertim ponderatæ apud Galeot. d. contro. 21.

Durum tamen visum fuit, in quodam naturali, ac æquativo discursu magis, quam in stricto rigore legali, ultra à dictam